

AUSPICE ET DUCE IESU CHRISTO!

DISSERTATIO METAPHYSICA,

De

PERFECTI^E ONE TRANSCENDEN- TALI,

In Regia Academia Aboensis;
Censente & Consentiente Am-
plissima Facultate Philosophica,

SUB PRÆSIDIO

PRÆCLARISSIMI VIRI

Dn. M. PETRI HAHN,
Scientiarum Naturalium Professoris or-
dinarii celeberrimi, Præceptoris & Promo-
toris jugiter suspiciendi,

PRO GRADU MAGISTERII, ejusdemq; in Phi-
losophia privilegiis arg; honoribus obti-
nendis,

Candidæ differentium censuræ accepserat
submissa à

MAGNO M. CHORINO,

Wex: Smolando Alumn. Reg.

In Auditorio Sup. & Max: ad diem 16. Julii,

Anni M. DC. LXXXV.

Exc. apud JOHANNEM L. WALLIUM A. T.

Reverendissimo ac Amplissimo Domino,
DN. M. JONÆ SCARINIO,
Inclytæ Dioecesis Wexionensis Episcopo emi-
nentissimo, Consistorii Ecclesiastici Antistiti
Gravissimo, Gymnasi Scholarumque in dicta
Dioecesi Ephoro accuratiss; in Christo Patri
& Patrono magno, humiliam mente
æternum suspiciendo:

Admodum Reverendo & præclarissimo VIRBO,
DN. M. ENEVALDO WIDBECCCHIO,
Civitatis Wex; Pastori & Archipræposito
meritiss;, Consist. Adseffori Graviss:, Me-
cœnati quavis observantia submissæ colédo
Sicut &

Pl Reverendis & Præclar: Viris ac Dominis,
DN. M. JOHANNI SPAKIO
Pastori in Asheda dignissimo, ut & Præposi-
to in Upwidingahâradh attentissimo, u-
quondam Nutritio meo liberalissimo, it-
nunc Fautor iudicatissimo.

DN. M. ANDREÆ LITHOMANNO
In Gymnasio Wex: S.S.Theol. Lectori Præ-
mario, & Consist. Adseffori dexterissimo.

DN. M. ABRAHAMO KROKIO
In Gymnasio Wex: *et idem* S.S.Theol. Le-
ctori & Consist. Adseffori laudatissimo,

DN. M. JOHANNI COLLIANDRO
In Gymnasio Wex: Eloquentiæ Lectors &
Consist. Affili; soleri; Fautoribus optimis
SALUTEM ET PROSPERITATEM!

Rex Alexander, Reverendissime Præsul, Vosque
Admod. Plurimumque
Reverend. & Clariss: Dnn. Archi-
præposite, Præposite, Consi-
storiales & Lectores submissè
& officiosè colendi, generosi homo
Spiritus ad rupem situ multum editans
veniens expugnatq; difficilem, mili-
tes in montis verticem ascensuros allo-
quutus est; quamvis decies præci-
pites devolvamini, imò centies,
millies: toties ardenter ac inflam-
matiori Spiritu iter idem arripie-
tis, ut sicutandem ad eundem ver-
ticem advoletis. Sed quorsum bæc;
dum ego verborum istius fui memor.
Ampl. Dn. Episcope, Archipræ-
posite meritissime, Fautoresq; æ-
terna animi observantia honoran-
di, dubitatio magna, animum meum à

prima juventate face gravissimo pauper-
tatis onere pressum. Et nihil magis in-
votis habentem, quam uti si non exi-
miam, saltem aliquam, Et quae extra
indolum me collocares vulgo, eruditio-
nem consequerer, Et frugem studio-
rum nanciscerer, saepe in diversa distra-
xit Et dubium reddidit; Ope tamen Di-
vina fatus, quamvis me successus saepe
destituerit, deterrueritq; labor, non con-
tinuo defestendum vel desperandum ani-
mo volutavi. Quocirca hoc qualemq;
exercitium Academicum Tantorum Vi-
torum aspectus sane indignum (id namq;
prolixius tractare in animum induxi,
sed propter rem angustam domi desiste-
re sum coactus) in primis ad T. Ampl.
Reverendissime Praefat, ad instar devo-
tissima subjectionis Et gratitudinis, imo
perseverantiae in superendo paupertatis
discrimine Symbolum, pedes iam bumi-
limo

lmo depono animo, subiectissime vog-
ans, ut benigne huic studiorum Academ-
icorum fætum aspicias, Et me humili-
lum clientem serena gratia foveas,
quæ de re dubitare, nefas duco, cum Re-
verendiss: Præsul sit inexpugnabilis
in literas Et his additios, comitatis ex-
emplum. Tibi etiam, Archipræpo-
fite Gravissime, vere literatorum
Promotori Et Patrono, munusculum hoc
chartaceum submissa mente dicatum
offerro, spe invicta, ut me favore tuo pro-
movere velis. Vobis itidem Fautoribus,
Consistorii Affectib; ac Le-
ctoribus commendatissimis hoc li-
terarii speciminiis quicquid est, affero.
Intuemini atq; complectemini ergo hanc
meam intentionem sereno vultu, Et be-
nevoli studiorum meorum Patroni esse
Et promotores. De Cetero, Vale Mu-
sorum Fautor Et delicia, Reverendiss:
Præ-

Præful! Affulgeat Tibi Cœlestis gratia
serenitas, ut quicquid prosperum, quic-
quid illustrando ordini Ecclesiastico ac
literario servit, diu T. Ampl. oriatur;
Absit quicquid caliginis obfuscare ista
omnia queat, Et tandem, sed sero, T.
Ampl. omne caducum hoc, quod noster
novit orbis, supergressa, Divinum inter
beatores attingat honorem! Vige Et
Tu Admodum Rev. Archipræpo-
site, Et Te Deus T. O. M. quam diutif-
fime salvum Et incolarem conservet,
omnique benedictionum genere impleat!
Valete pariter & Vos, Promotores o-
ptimi, si natq. vos Deus his in terris
diu ac feliciter superstites esse! Id u-
nique cupit

Reverendissimi Dn. Præfatis
Adm. Rev. Dignitatis Tuæ

Plurimum Rev. Vest. Dignitatum
Devotus & humilimus cultor
MAGNUS M. CHORINUS.

VIRO - JUVENI

*Et Ingenuarum Artium & Virtutum cultus
condecoratissimo,*

DN. MAGNO CHORINO,
Sanioris Philosophiae Candidato
solertissimo, Amico perdi-
lecto:

O re doces placido quæ sit Per-
fectio rerum

Quas scitè effinxit cœlipotens
Dominus.

In tantis cœptis tibi gratulor, au-
guror, atq;

Esse paranda brevi, digna bra-
bea. Vale!

*Quamvis pluribus impeditus,
L. ismen Mq. coogra.
tulabar*

S I M O N Zålpo
Met. & Log. Prof. Ord.

Ad VIRUM-JUVENTEM,
Virtutum & eruditionis splendore con-
spicuum,

DN. MAGNUM CHORIIN,
Philosophiae Candidatum solerissimum,
Amicum & Commilitum meum dile-
ctum, de Perfectione Transcendentali do-
cte disputantem, gratulatio ad co-
gnomen adludens;

Felix qui reperit de re cognominis
usum,
Is modo, quod pulchrum, nomen &
omen habet.
Nobilis Ebræis CHORIM, perdocte Cho-
RINE,
Dicitur; ingenio Nobilis esse potes,
Qui recte vivis, qui curas esse quod
audis;
Virtus, virtutis non placet umbra mihi.

AND. WANOCHIUS
Phil. Proct. & Hist. Prof.
b.i.Fac. Phil.Dec.

I.N.D.



I.N.D.

THE S. I.

Datur *perfectio* *transcendentalis*,
formaliter distincta ab ipso en-
te, diciturq; voce origine lati-
na & variæ significationis.

Ex Disq.

Duo sunt theses *hujus membra*, scili-
cet 1. *Existentiam*, 2. *vocis perfe-
ctionis descriptionem nominalem ex-
pendit.*

§. I.

Sullen bic Metaphysicorum non
pauci, doctrinamque de *perfectio-*
ne *transcendentali* siccō præter-
eunt pede, contendentes eam non esse
affectionem entis, sed ipsam ejus essen-
tiam, alio tantum nomine expres-
sam, & ideo potius ad synonyma esse
reducendam. Ast illorum sententiam

assensu excipere haud possumus; intem-
pestivum namque silent silentium.

§. II.

Existere igitur perfectionem transcen-
dentalē formaliter distinctam ab ipso
ente, variis sufficientium rationum mo-
mentis, ex philosophia petitis, sati eviden-
tē evinsitur, hoc modo: *Quodcumq[ue] intime*
imbibit ipsum ens, & tamen in conceptu suo
ipsum ens non includit, illud est effectus ipsius
entis; at perfectio talis est; ergo. Major juba-
re meridiano clarior. Minor proba-
tur; nam perfectio licet cum ente ha-
beat magnam cognitionem, ipsamque
entitatē realiter & πραγματικῶς implicet,
tamen ipsam entitatem non includit &
imbibit formalī ratione, qvia formato
conceptu formalī perfectionis, qvi consi-
stit in indefectione in essentia, Intelle-
ctus non dum acqueiscit, sed ad prio-
rem respicit, nempe ad τύ entis à quo
deinceps motu retrogrado ad secunda-
rium, qvi ex eo fluit, progreditur con-
ceptrum. Frommius l. 2.c. 2. dicit: cum
concipimus essentiam præcisè, conci-
piimus quidem rem perfectam; inte-
rim

rim tamen non simul intellectus noster
distincto & expresso conceptu intuerit
ipsam indefectionem, et si ipsa implicat
tur sub voce essentia (uti Scheiblerus
loquitur l. 1. c. II. n. 38.) Quemadmo-
dum cum essentiam apprehendimus,
rem unam apprehendimus, ita tamen,
ut non simul distincte & expresse pe-
netremus indivisionem. Ergo perfe-
ctio habet propriam conceptibilitatem,
& per consequens formaliter ab ente
distinguitur. Deinde etiam hoc nota-
tu dignum; quod paronymice saltem
perfectio ens respicit & de eo dicitur,
dum ens perfectum dicere fas est, non
ipsam perfectionem. Et si igitur ut ait
Thuronius perfectio materialiter & con-
cretive ipsam essentiam implicat & con-
notat, ad coquere sit ipsum ens à parte rei,
abstractive tamen & formaliter consi-
derata ipsum ens non est, sed intercep-
dit hic discrimen quoddam à parte con-
ceptus: *Nam quod realiter est ipsa essentia,*
non statim est de essentia. Aliud enim est,
ut loquitur excellentiss: Doctor Calov.
realis vel essentialis identitas, aliud est

psius rei vel essentiæ propria formalitas.
Ita *perfectio* est realiter ipsa entitas, non
tamen est de entis essentia vel forma-
li ratione. *Quamvis* igitur *perfectio*
sit conceptus generalissimus, tamen in-
de non potest evinci, perfectum tran-
scendentaliter sumptum, ab ente nul-
lo plane modo distingvi, & esse ipsum
ens sive essentiam; nam eo ipso decla-
ratur id, quod materialis vicem habet, &
in hoc *perfectio* cum ente convenit, uti
diximus. Nam etiam enti, quod cum
perfectione, æque late patet, tribuitur:
Ideo formale adjicitur, quot *perfectio*
sit affectio ens denominans, ut videre
est in descriptione reali: fluit enim per-
fectio ex ipso ente tanquam essentiale
consecutivum; nam competit enti à
posteriori in ordine concipiendi & co-
gnoscendi, quod sufficit ad rationem
perfectionis. *Quidam* *perfectionem*
(ut & alias affectiones) vocant conce-
ptum transcendalem secundarium,
quia æque ac ens omnia prædicamen-
torum genera transcendent; verum non
æque primo. Entis enim conceptus
primum

primum ferit intellectum nostrum; perfectio vero non primo illum terminat, sed consequitur deum primum & summum conceptum, qui perfectioni fundamentalum praebet. Itaque quoniamvis perfectio de suo subiecto per causam rigide sic dictam demonstrari nequit, quia est conceptus generalissimus, ut evictum, sufficit tamen illum conceptum de ente affirmari posse mediante causa virtualiter tali, quam scilicet per modum causæ sive rationis à priori concipi mus, quia in demonstrando non minorem patit certitudinem, quam causa in rigore sic dicta. Vid. nostratis Theologiaz Professori pl: Rev. Mag. Jacobi Fliebserii colleg. Log. de phil. in genere Sect. 2. ax. 4. & part. 3. cap. 8. th. 5. Concludimus itaque nostram assertionem hoc argumento: *Quicunqz conceptus, expressu sermone entis, non distincte atqz clare exprimitur, sed consequenter ab eo deum fuit, ita ut cum eo reciprocari possit, ille est genus entis affectio; atqui conceptus perfectionis transcendentalis talis est;* Ergo. Major probata est: Minor roboratur; Quoniam

eis perfectio tam argumento indissolu-
bilem cum ente habeat nexus, ut rea-
liter ab ea non distingvatur (hæc enim
conditio non requiritur ad affectionem
absolute, sed ad talem nempe prædi-
camentalem; affectiones enim corpo-
ris realiter differunt à corpore, ut res à
re, non ita affectiones Entis: distin-
guendum igitur inter affectiones præ-
dicamentales & transcendentales) ta-
men non præcile & quoad clarum per-
fectionis conceptum. Sic primum ex-
istentiam ipsius entis concipimus, seu
quod existit, suppresso quasi atq; recto
 nomine ens conceptibiliter ipsam et-
iam perfectionem certa ratione invol-
vit. Unde Auctores, qui perversam
hanc sententiam, quod scilicet perfe-
ctio essentialiter sit entis synonymum,
tenacissimis arripiunt ideoq; nodum
hunc minime penetrare videntur; nam
ipsis placet, perfectionem hac ratione
non tantum quo ad materiale, sed et-
iam quo ad formale esse unum idemq;
cum ipso ente; adeo, ut non formalis
rationis quidem distinctio inter illa ad-
mitti possit.

§. III.

Comprobata sic, ut speramus, perfectionis existentia, accingimus nos ad ipsius vocis originem, ipsamq; existentiæ considerationem subjungimus, de qua siquidem non operæ premium est multum dicere, abstinemus à prolixitate; nam non multis verbis cget veritas, sed simplici brevitate contenta est probè. Si enim vivere posset homo sine cibo, etiam pani parceret. Non dubitamus igitur perfectionis vocabulum suam trahere originem, à verbo sat cuius obvio, nempe perficere.

§. IV.

Enodata sic pro ratione instituti leviter etymologia; cum perfectionis nomen ad varia possit applicari, proximum est ut variam ejus significationem, & quomodo nostro convenit scopo, attendamus, ne infeliciter in ignota cogamur errare sylva. Sumitur itaque perfectio (a) vel prout consideratur effectivè seu transitivè, & in sensu causali, quomodo denotat actum efficientis, quo res aliqua perficitur: & græce venit nomine

τελείωσις, quæ indicatur perfectio quæ
est ab extrinseco. Et hanc excellen-
tissimus Doct. Calov. dicit dupli ratione
spectari posse: Cum in ordine ad
causam producentem, quam denominat
perficientem, & in qua presupponit
virtutem & potentiam agendi; quod est
perfectionis. Tum in respectu ad o-
pus productum, quod dicitur effectum
& perfectum, & in quod infertur poten-
tia perfectibilis, quæ est argumentum
imperfectionis; Nam actio quæ inter
duo volvitur, agens & patiens, est flu-
xus ab agente, seu principio in patiens
tanquam subjectum. Illud perficit, ideo
perfectionem suam obtinet, a quo enim
presupponit virtutem agendi: Hoc per-
ficitur, ideoq; non dum perfectum est.
Quod enim fit, non dum est. Vel pro
actu formaliter, & græce insinuitur voce
τεληχείας quæ indicatur perfectio quæ
est ab intrinseco. Hic locum habet
non perfectio illa transitive sumpta, quæ
intelligenda est pro actu effectio perfici-
entis (quia secundū hanc Deus non potest
aliquid

qvid perfectum dici, quia non habet ens
independens dependentiam ab alio,
quod ipsum perficiat. At perfectio de-
nominat ens universaliter; Cum omne
ens habeat perfectam essentiam: Sed
possessive quando sumitur pro actu for-
mali: Sed hic observato dignum est,
quod perfectum hic intelligimus non
juxta primam impositionem, ubi vox
consideratur ex sua origine, sed trans-
umptionem, quā Arist. 2. Top. c. 4. vocat
 $\mu\epsilon\alpha\lambda\eta\psi\iota\tau\epsilon\pi\epsilon\sigma$ οὐομα γνωριμάτερον, transum-
ptionem in nomen manifestius, h. e. quæ
explicat vocabulū per $\pi\epsilon\kappa\eta\psi\iota\tau\epsilon\pi\epsilon\sigma$ γνω-
ριμάτερον, vel perfectum non participiali-
ter sumptum, quod infert respectū ad ali-
quod perficiens, sicut omnia participia
passiva explicantur per respectum ad a-
gens, sed nominaliter, quod perfectio-
nem habet intrinsecam cum præcisione
respectus ad agens & dependens; per-
fectum enim consistit in negatione de-
fectus in essentia, sive illam perfectio-
nem habet aliunde dependentem, sive
non; unde Thomas ait: sed quia in his
quæ

quæ sunt, tunc dicitur aliqvid esse per-
fum, cum de potentia educitur in a-
ctum, transomittur hoc nomen *perfec-*
tiōnē ad significandum omne illud, cui non
deest esse in actu, sive hoc sit per mo-
dum perfectionis (id est, productionis
extrinsecæ, seu influxus perficientis)
sive non: prima igitur impositione vox
perfecti laborat in *imperfectione*; ab extrin-
seco enim inserit dependentiam.

S. V.

(β) *Perfectio formalis* sumitur vel
αὐτολόγη & absolute, seu in suo in genere,
citra collationem cum alio, vel οὐ γι-
νόμενη & comparata cum rerum col-
latione, sic una alterius, ratione imper-
fecta sœpe dicitur; Sic Deus perfectior
est creaturis juxta illud Scaligeri: omnia
hæc, non dico singula, sed omnia in-
quam, atq; etiam cuncta & conferta,
ita ut ex ijs unum fiat, si cum Deo con-
ferantur, non solum mutila & manca,
sed etiam nihil, imo, sive liceat, sive
non liceat dicere minus quam nihil sunt,
homo plantæ, non quod *imperfectio*
quædam ijs insit in genere entis, quia
essen-

essentia Dei & essentia creaturarum si
absolute & in se consideretur convenic-
ti definitione entis, quam omnia sub
definito contenta æque participant, sed
quod diversimoda sit perfectionis par-
ticipatio in speciali essendi ratione. Ita
metallum quodvis in se perfectum est,
cuprum non opus habet perfectiones
auri, alias non cuprum sed aurum esset:
neq; plumbum perfectiones argenti de-
siderat. Quodvis ubi satis pulchrum,
satis perfectum, satis bonum est.
Comparatè tamen loquendo, alia per-
fecta alia imperfecta. Illa hic loci est
homogenea, qvia cum ente reciproca-
tur, hæc heterogenea, quia essentia non
potest intendi aut remitti, scilicet in se
abstracte: licet ὑπάρχει ratione certi sub-
jecti vel suppositi & concrete divisionem
admittat: unde Meisoer. p. 1, philos.
l. 4. c. 3. q. 2. distingvit inter totum
& essentiam totius, quod ipsum to-
tum qvidem ex partibus confletur & in-
tegetur, totius tamen essentia unica &
& simplicissima, nullasq; partes protus
componentes admittat: Componi e-
niam

nim totius est, uti componere partium;
Essentia vero sicut non componit, ita
nec componitur, sed composito unum
& indivisum dat esse.

S. VI

(γ) *Perfectio* est vel *essentialis*, quæ
huc spectat, cuius oppositum non datur;
vel *accidentalis*, quæ contrarium admit-
tit; quæ est (α) *naturalis*, cum res obti-
net ea quæ naturaliter ei competunt,
quæ subdividitur in *internam*, quæ quod-
vis habet debitam quantitatem, ita omnes
res tam animatae quam inanimatae certa
gaudent quantitate, cum à recta ipsius
orbita non declinet; Cujus imperfe-
ctionis exemplum est gigas excessu, na-
nus in defectu: natura enim cum à Deo
Opt. Max. qui omnia in numero, pon-
dere & mensura fecit, quantitatis acce-
perit terminos quos tueri contendit, plus
ultra si procedit, justā quantitatem ex-
cedit. Non tamen hinc ad infallibile
punctum volumus adstrictam quantita-
tē, sed ut pulcritudinis sua est latitudo, sic
& quantitatis. Non omnes Absalones sūt,
deformes tamen hinc non sunt; sic non
omnes

omnes Adami gaudemus natura, debita tamen quantitate non censemur nos carere, Et qualitatem, qua omne virtute atq; facultate agendi sufficiente praeditum est, adeoq; operari potest iuxta suam naturam, ita hominem in statu integritatis salutamus absolutissimum & perfectissimum, unde constat dari im-perfectionem qualitatis. vel externam ratione finis, qua aliquid finem suum obtinet, ita orator perfectus dicitur, cum id quod intendit & vult oratione persuaserit, vel cum sibi simile quid produxerit; Imperfectus si quid contra acciderit: (b) *Intellectualis*, qua quis virtute Intellectuali praemunitus est v. g. philosophia. (c) *Moralis*, qua quis imbuitus est virtutibus moralibus, ideoq; cum sic homo perfectus dicatur, nihil aliud est homo perfectus, quam homo virtute prae-ditus. (d) *Spiritualis*, quæ vel insula vel imputata. (e) *Cœlestis*.

§. VII.

d. Perfectio est vel partium, quæ totalitatem partium sibi debitaram dicit, vel graduum, quæ in omnibus gradibus debitæ suæ

sunt perfectionis gaudet quadam excellentia. priorem dicit Doct. Calov. cum transcendentali habere cognationem, vel certe plane coincidere; posteriorem non item, cum nulli dentur gradus essentiae, utpote quæ nec magis nec minus admittit.

§. VIII.

Homonymia hoc pacto enodata, supereft ut paucis Synonyma vocis di- spiciamus. Perfectum æquipollit toto perfectionis; Scaliger vocat totum sibi. Totum inquit & perfectum idem sunt. Est enim unumq; vodque totum sibi perfectum, cum eorum quæ habere debet, ei nihil deest. Sic Deum quoq; totum dicimus. Quamvis multi huic assertioni obstrepare possunt; quia totum definitur cum mentione partium, sed sciendum totum perfectionale contine- ri sub toto non ut species, sed impro- prie & æqvivoce. Quare Metaphy- sici recentiores non faciunt totum peculiare caput, quia in sua disjun- ctione non exhaustit totam latitudinem entis, Deus enim proprie nec totum

nec pars est. Deinde observandum sta-
tuunt Metaphysici, qvod Deus possit bi-
fariam considerari i. sine ordine ad no-
strum Intellectum, & quatenus præter
intellectus nostri operam summam in
se habet perfectionem. 2. Cum ordi-
ne ad nostrum intellectum, qui in eo va-
rias perfectiones concipit. Priori modo
si Deus consideretur, totum *positivum* ta-
le vocari non potest, qvia præter men-
tis nostræ operationem est ens simpli-
cissimum, nullaq; compositione realis in
eo datur. Diximus *positive* tale : nam
totum *positive* sumptum habet suas par-
tes, & propterea etiam propriè & for-
maliter totum appellatur. *Negativè* au-
tem (Totum enim negative sum-
ptum dicitur sic per negativum opposi-
ti, quod scilicet nec sit pars, nec
partes habet) ex mente qvorundam
potest dici totum, qvatenus omnes suas
perfectiones in simplicissima entitate,
& non ex ijs per compositionem tan-
quam partibus,obtinet. Posteriori ve-
ro modo si consideretur, totum, & qvi-
dem *perfectionale* dici potest; ubi tamen

Si imperf ectio importetur, ea non est
in ipso Deo, sed saltem in nostro intel-
lectu, ut pote qui ob maximam suam im-
becillitatem Deum fere aliter concipe-
re non potest, quam ut totum quod-
dam: sed sic totum, ut diximus, idem
est ac perfectum & Deus dicitur totum,
quis est Ens perfectissimum. Præterea di-
cit Scheib. c. xi. n. 2. Cum aliis, per-
fectum aliter vocatur bonum, qua quid
prosperus bonum est in se, hoc est, citra
respectum vel denominationem ad
extrinsecum. Hinc vulgo dicitur Bo-
num & perfectum idem. Sed tunc la-
telligendum, ait c. io. n. 32; Quod bo-
num & perfectum idem sunt, non con-
siderando bonum in tota sua significa-
tionis latitudine, sed in quantum bo-
num dicitur, quod est bonum in se.
Estque sic res bona in quantum non de-
est ei quicquam eorum, quæ ad essenti-
am illius faciunt. Breviter jam discus-
sis. quæ ὀροφατολογίαν attinere videntur,
sub jungimus definitionem realem.

Thef. 2.

THE S. II.

*Perfectio est affectio Entis unita pri-
maria, qua ens denominatur ex pers
defectu in essentia.* Doct. Gez.
in Ency: p, 124.

Circa hujus theleos enodationem sci-
tu necessarium est, scilicet definitio-
nem perfectam in hisce transcendentali-
bus non esse exspectandam. Hinc ta-
men non est inferendum, definitiones
in transcendentalibus absolute esse im-
perfectas, quasi mutilatae & inadæqua-
tae essent; verum sensu id intelligen-
dum comparativo, $\pi\kappa\epsilon\tau\chi\omega\varsigma$ scilicet &
respectu definitionum omnibus nume-
ris absolutarum. Nam descriptiones,
quæ alias definitiones imperfectæ dici
merentur, transcendentalibus non ne-
gantur. Unde facile patet perfectio-
nem accuratè loquendo generis notio-
nem non recipere; exulat namque &
exspirat hic ratio generis; perfectio e-
nim est conceptus generalissimus, qui
cum ente æque late patet; at genera-
lissimum non potest habere genus.

QUESTIONES

An perfectio sit peculiaris affectio distincta ab ipsa bonitate, an vero ad eam sit referenda? Aff. prius.
Neg. post.

§. I.

REMULIS manibus apprehendimus pomum illud ~~egregium~~ quod tantum contentionum ac litium materiam hactenus eruditio ordini literarum objecit. Quare cum contradicentium numerus non contemnendus reperitur, qui tanquam pro aris & focis militarunt, perfectionem singularem inter unitas affectiones primarias non constituere affectionem. Itaq; nihil conducibilius videtur, quam ut mentem horum auctorum attentius paulo ponderemus; ideo argumenta illorum (quæ etiam B. Thuronius in sua Metaph. breviter adducit) singulatim accurata rationis trutina examinabim⁹, consideraturi, quid in recessu habeant, nostræq; opinioni detrahatur. Pro negativa sententia, scilicet perfe-

ctionem

ctionem non esse distinguam affectionem à bonitate utuntur scqq. argumentis.

§. II.

Object. 1. Quod termini præter necessitatem non sunt multiplicandi; Jam autem perfectionem peculiarem constituere affectionem, & seorsim tradere à bonitate nulla evidens necessitas urget; ergo perfectio non est peculiaris constituenda affectio à bonitate, & seorsim tradenda. Major est effatum quoddam commune in Scholis pessimum decantatum & omnium consensu approbatum, adeoque facile declarari potest; Ut enim necessaria omittens peccat & reprehensionem merito incurrit, ita etiam non necessaria & supervacanea ingerens, haud levius impingit. Minoris fundatum, cui adversa pars superstruit suam sententiam, videtur in hac distinctione stabili: Bonum dicitur vel absolute vel respectivè. Bonum absolute sic dictum est ipsum perfectum formaliter. Bonum respectivè dictum est illud quod communiter hoc

nomine venit. Resp. Minor, quoniam
evidentissimam redolat falsitatem; itaq;
ad eam facilis est responsio: perfectio-
nem esse affect onem distinctam à bo-
nitate arguunt diversi conceptus for-
males. Illa namq; absoluta est, me-
ramq; in ente indefectionem in essen-
tia; hæc vero respectiva, relationem
sive habitudinem ad voluntatem infe-
rens; Undo Eustachius inquit; ratio
formalis boni, non est ratio formalis
perfecti, ut quidam sibi persuaderent;
alioqui bonum, ut sic, non includeret
ordinem seu respectum aliquem tran-
scendentalem ad appetitum, quod com-
muni Philosophorum omnium senten-
tiæ repugnat. Stratemannus in Thea-
tro Metaph. c. 29. quæst. 1. ait: concedo
bonum in se idem esse ac perfectum, sed bo-
num transcendentale, de quo jam loquimur
est, non à quo aliquid precise bonum in se ap-
pellatur, sed hoc est per habitudinem sive re-
lationem ad ipsam voluntatem. Probè igi-
tur tenendum, ait B. Thuronius, attri-
buta hæc materialiter & re ipsa, prout
enti identificantur idem esse; Forma-
liter

liter distingui. Perfectio enim praedicitur de bonitate in sensu identico, non autem formaliter; prius ob essentialē identitatem, posterius ob formalem diversitatem; praedicatur namque de bonitate sensu identico, quia unum sunt realiter cum ente & inter se, non tamen sensu formaliter, quia alia perfectionis, alia bonitatis est conceptibilitas. Observandum quando perfectio tribuitur bonitati in sensu identico, id fieri i. secundario & κατ' ἀναλογίαν. concrete & quatenus essentialē implicat.

1. Object. Quodcunq; dogma pugnat cum eruditæ & doctæ antiquitatis unanimi consensu & auctoritate, illud est rejiciendum; at statuere perfectionem distinctam esse affectionem à bonitate tale est. Ergo.

Resp. Laborem vererum magni aestimamus, sed in omnia illorum verba jurare nimium: Sic placulum esse censere, si quis non omnia antiquorum scripta approbet, ex homine est Deum facere, & vicissim ipsis plusquam ipsi, si viverent, vellent, tribuere. Non e-

nim videndum quid fecerint, sed quam
bene fecerint veteres. Amicus plato,
Amicus Aristoteles, magis tamen ami-
ca veritas; non enim sufficit in Palæ-
stra veritatis $\alpha\upsilon\beta\varsigma$ $\epsilon\zeta\alpha$. Adhærendum
ergo antiquitati, quamdiu res ipsa non
aliud postulat, agendum namq; cum au-
toritatibus prudenter, modeste & sapi-
enter. Natura enim affectionum haud
ex intentione hominis, sed ex natura
propria aestimanda.

3. Object. Si tres sunt S. S. Personæ
& in plerisq; rebus creatis illarum ima-
go invenitur, tres quoq; erunt affectio-
nes unitæ primariæ; at verum prius;
ergo posterius. Majoris consequentia
probatur juxta illud Pythagoræ; O-
mnia sunt tria, & in omnibus tria inve-
niuntur, ut ergo etiam Metaphysica a-
liquid habeat, quo cum aliis discipli-
nis aliisq; rebus hac in parte congruat,
retineendum putant esse receptum nu-
merorum uitiarum.

Resp. Connexionem majoris jure
meritoq; inficiamur, illius namq; con-
sequentia nulla, similitudo enim & exi-
gu

qui momenti coniectura est, quia hoc pacto non tantum tres unitæ primariæ affectiones, sed septem pari ratione probari possent, cum septenarius numerus quoq; in Scripturis non raro occurrat. Septem sigilla. Apoc. 5: v. 1. Septem tubæ. Apoc. 8. 2. Septem Candelabra Apoc: 1. v. 13. Septem panes Matth. 15. 34. Hinc veteres peculiarem quan- dam vim & énergie haec numero Septenario attribuerunt. Unde etiam sacer & per- fectionis dicitur.

§. III.

Pro bonitate itaq; nostræ assertionis, ut sensus quæstionis eo fiat evidenter, licebit ulterius sic argumentari: Si per- fectio ab ente positivo, reali & actuali formaliter solum sit distincta, illudque proprio conceptu formalis & distincto à bonitate denominat, utiq; perfectio est distincta affectio à bonitate; at verum prius, ergo posterius. Connexio pro- positionis probatur, quia formalis ra- tio perfectionis exprimitur per in- fectionem defectus in essentia. Deinde contrariæ sententiæ faventis, de unita-

se monitum est egregium. Si alia trans-
scendentia ad suam formalem rationem
unum tantum conceptum admittunt
probabile est unitatem multo magis u-
no conceptu contentam esse. Quo-
modo ergo tolerari potest, Bonita-
tem uom habere conceptum absolu-
tum, alterum respectivum?

QUESTIO II.

*An perfectio addat enti aliquid possi-
di? Negatur.*

§. I.

Perfectionem esse reale quid & positi-
vum haud inficiamus, quia præter
mentis operationem, & nemine cogi-
tante, enti competit: Quod tamen cum
grano salis accipiendum esse volamus:
aliquid dicente Scharfio Disp. 6. th. 12.
reale & positivum dici duobus modis:
1. Quod est res vera & ipsum ens rea-
le atq; positivum, quomodo perfectio
(ut & ceteræ affectiones entis) non est
reale & positivum quid. 2. Quod non
est pure negativum nec à ratione pla-
ne confidum, & hoc sensu perfectio

ut &

(ut & ceteræ affectiones) est reale quid
& positivum: Sed perfectionem enti
novam addere essentiam negamus.
Hinc tamen non inferendum perfecti-
onem ab ente realiter distinctam esse;
aliud quippe est reale quid esse, aliud
ab ente realiter distinctum esse; hæc e-
nimir conditio requiritur ad affectionem
prædicamentalem. Optime autem si-
eri potest, ut perfectio sit reale quid,
quamvis non re, sed ratione salvi ab
ente distingvatur; causa est, quia di-
stinctio rationis, quæ oritur ex præcisiō-
ne intellectus, non est per concep-
tionem alicujus entis facti; quod non sit in
re, sed per modum solum inadæquatum,
unam rem concipiendi: potest igitur
esse affectio realis, quamvis modus at-
tributionis & distinctionis sit tantum
per rationem; ergo posito, quod per-
fectio sit reale quid, non tamen enti
aliquid reale addit; nam perfectio po-
sitivitatem illam, quam ipsi tribuimus,
non habet in eo, quod enti aliquid su-
peraddit, sed in eo quod ipsum ens im-
plicat & connotat; ut in *skd* §. 2.

dixi.

diximus. Deinde si entū adderet aliquid positivi, tunc illud positivum iterum esset ens & perfectum, de quo rursus rediret quæstio; per quidnam esset perfectum? Ubi rursus respondendum erit, quod sit perfectum per indefectionem. Sed de hac quæstione eadem redibit quæstio; positivum ne sit an negativum quid, & sic consequenter progressus fieret in infinitum. Perfectio præterea non posset prædicari de ente simplicissimo, si perfectio aliquid reale adderet: Quia certe dicendum, quod ipsum ens simplex sit compositum compositione reali, quod à Φατικῷ.

§. II.

Hoc sic evicto, scilicet ipsam perfectionem enti nihil addere positivi, consequens est ut dicamus eam quoq; non addere enti aliquam relationem rationis, quia nullum respectum rationis connotat, sed negatione simplici absolvitur, & citra nullum respectum, & ratiōnēs essentiam denominat.

§. 3. Hisce

Hicce jam remotis, statuimus perfectionem addere enti propriam suam conceptibilitatem, scilicet negationem defectus in essentia.

Plures quæstiones perfectionem transcendentalis attinentes, primo quidem in animum induxi ventilare; Sed quoniam instituti ratio cum juncta brevitate plura hac de materia elaborare prohibetur, proinde hic pedem figere telæq; susceptæ ultimam manum imponere necessum habeo. Sed Te, B. L conjecta verius in chartâ, quam arte elaborata, meliorem in partem interpreteris, majorem in modum rogo.

*Sit laus honor & gloria Deo Patri,
Filio & Spiritui Sancto in secula
seculorum.*

V I R O J U V E N T

Sublimium literarum, Virtutisq; in-
gnis cultu Commendatissimo,

DN. MAGNO CHORINO,
Philosophiae Candidato meritissi-
mo; pro nomine & Laurea Magisterii
ritè obtinenda. de perfectione Transcen-
dentali publicè & nervosè differenti, be-
nefactori & Affini multis domini-
bus perpetuò colendo:

Assiduos quoniam didicisti ferre labores,
Præmia pro meritis digna repente feres.
Tempore nam longo studiis Tute invigilasti;
Hinc dantur Musis, florida Serta eius.
Hinc referes meritas laudes, tibi præmia
Musa

Distribuent, capiti laurea Serto tuo.
Sic studuisse juvat studio vigili, artibus olim
Atq; vacasse diu, multa tulisse simul,
Ut summum Aonij concendas Montis accu-
men;

Inde ut desumas præmia larga tibi.
Sic studuisse juvat, sic præmia sumere dignas,
Et culmen Phœbi, scandere evante pede.
Sic

Sic Chorine juvat Musas coluisse per avum,
Gnavoris & studijs invigilasse bonis;
Virutis meritum, Sertum, nomenque Ma-
gistris

Expetis, hoc cupio cedere rite Tibi.
Hoc virtus meruit, meruit doctrina sat ampla;
Sis vox eo felix, prosper & usq; precor!
Corde meo Grator Tibi nunc Affinis a-
mande,

Quod primam Sophien volvere mente
velis;

Gratulor ista Tibi, precor hinc, ut gloria surges
Æterno Domino, post Patriæ decus! (abor,
Gratulor ex animo Tibi prospera quæq; pre-
Capta regat Dominus! vive, Paleq;, bene!

Affectu sincero ac prolixo
gratulabatur.

MAGNUS C. AEM,
Wex. Smolandus.

Peregrinie & Praestansissime Dn. CHORINE,
Phil. Cand. laudatiss: Fautor honorande.

Certant invicem mortaliū in parentes &
præceptores suos studia, æmulantur affec-
tus, nec sane leviter contendunt bonorum
omnium opera. Æstuat insuper in utramque
partem proclivis amor, fervet mens dubia, qvo-
niām

niam illi vitam, ipsum autem vitæ splendorē ac
deus hi istis dedere. Scilicet nemo est nostrum
tam illiberaliter educatus, cui non una cum
parentibus, ipsi quoq; præceptores, cui non
Magistri sui, cui non locus ille mutis, ubi i-
pse altus aut doctus est, cum grata recordatio-
ne in mente versetur. Qvod ipsum tantò po-
tiori jure perpendere necessum habeo, perexi-
mie Dn. Candidate, qvantò fidelior me in
schola patria, qvæ Wexoniæ est, annos sat be-
nè multos informaveris, nihil hactenus Tibi
præstare posui, qvo me ab ingrato discernas.
Qva propter veliam demum occasionem ultro
arriperem, quā meum debitum testarer, ac sin-
gulariter laudandos tuos in studiis Philoso-
phicis progressus celebrarem, iam iam instan-
tem lauream decantaturus, qvam vix ego, ne-
dum tu, qui ex invidia fatorum gravissimā pau-
pertatem, omni tempore perpessus es, sperare
potuimus. Nunc itaq; meorū votorum summa
est. Velit Deus omnipotens, tot labores digno
coronare fructu, exantlatis sicque tot fudo-
ribus, gratiam demum quietem nanciscaris, ac
vivas diu Deo, Ecclesiæ, tibi mihiq; & multis,
gaudio, saluti & commode, qvod precatur.

JONAS Swanberg/ W. Smol.

